



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvtae, Sive Considerationes Piaae, Praecipuam
Spiritualis Vitae Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

313. feria 6. de Spe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

550 *Feria 5. Dom. 20. post Pentecost.*
bola de semine, 2. In templo, Joann. 7. 3.
Apud eundem: *Si quis fuerit, veniat ad me.* 4.
Joan. 11. *Qui spernit me, &c.* 5. Apud eun-
dem Lazarum suscitans. 6. In Cruce, & alias
comparat se gallinæ sollicitæ.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Bonis operibus
debitam mentis attentionem, & necessarium
conatum adhibere. 2. Non vincat cura mun-
danorum negotiorum curam bonorum o-
perum. 3. Tempore congruo bona opera
præstare, nec ea in tēpus importunum dif-
ferre. 4. Omnia impedimenta, quæ bona
opera inficerent, cōstanter & animosè aver-
tere. 5. Tantam diligentiam singulis bonis
operibus opponere, quasi salus ex unoquo-
que penderet. 6. Quodcunque bonum opus
tantâ curâ præstare, ac si esset postremum.

MEDITATIO CCCXIII.

Feria 6. Domin. 20. post Pentecost.

De Spe.

Aspiciam Dominum Auctorem Spei, &
consummatorem; nam spe salvi facti
sumus, ad quam in nobis erigendam nihil con-
venientius fuit, quam ut demonstraret nobis
Deus, quantum nos diligeret, ait D. August.
Lib. 13. de Trinit. cap. 10. Petam spem in
me confirmari, & perfici.

Conf. 1. Spes est virtus Theologica, quâ
firmiter

Feria 6. Domin. 20. post Pentecost. 551

firmiter ex gratia DEI, meritisque præcedentibus speramus beatitudinem æternam.

Conf. 2. Incitamenta spei esse. 1. Promissum præsentissimum Dei auxilium ad malorum fugam, bonorum assecutionem. 2. Spes vitæ hujs est beatitudo. 3. Deus ipse spem excitat: Confidite, ego vici mundum. 4. Spem hanc habuit Christus sperans à DEO Patre immortalitatem, & gloriam corporis sanctissimi: Ad eandem nos excitavit passim, ideo tradidit Ecclesiæ jus dimittendi peccata. Auxit etiam spem affabilitate. Quis peccator desperet, inquit D. Ambrosius, de Zachæo Luc. 5. Quando & iste, cui census ex fraude, ad salutem pervenit? Discipulos suos vocabat filios, fratres, præsertim à Resurrectione, qui se tamen tam perfidè habuerant in ejus Passione, præsertim Petrum, quem specialiter nominat Angelus, qui tamen eum negaverat, cui & ipse apparuit, resurgens ad erigendam in eo spem de venia peccati obtenta. Sicut & Thomæ, cui vulnera sua, exhibuit, ut intelligeremus tanti eum unius animæ salutem facere, ut charitas ipsi, misericordiæq; suppeteret ad patiendum, si opus foret, pro una sola, quantum pro omnibus est passus; & ut ait August. in Psalm. 148. Incredibilius est, quod mortuus est æternus, quàm quod vivat in æternum mortalis. Jam, quod incredibile

552 *Feria 6. Domin. 20. post Pentecost.*
dibilius est, tenemus: Si propter hominem mor-
tuus est Deus, non est victurus homo cum Deo?
Non est victurus mortalis in eternum, propter
quem mortuus est, qui vivit in eternum.

Conf. 3. Actiones spei. 1. Sperare animæ
beatitudinem. 2. Beatitudinem corporis.
3. Mansionem perpetuam in civitate cœlesti
non manu facta. 4. Media ad beatitudinem.
5. Adjutorium Sanctorum, idque non ex
proprijs meritis, sed ex bonitate Dei, & me-
ritis Christi. 6. Ob hanc spem mundi bona
contemnere, & lætari defectu. 7. Viriliter re-
sistere malis, & confortari in bonis, & ardua
quæque aggredi. Postulabo hanc spem de
manu Domini, & media omnia ad conse-
quendam beatitudinem. 1. Remissionem
peccatorum. 2. Victoriâ tentationum. 3.
Mortificationem passionum. 4. Avulsionem
à creaturis. 5. Acquisitionem virtutum. 6.
Familiaritatem Dei per orationis donum.
7. Charitatis perfectionem, omnia in eo gra-
du, qui ad gloriam paratam mihi sufficit.

MEDITATIO CCCXIV.

Sabb. Domin. 20 post Pentecosten.

Quomodo B. Virgo in his virtu-
tibus excelluerit.

Aspiciam B Virginem Religione, Securi-
tate, Simplicitate, Sobrietate, Sollicitu-
dine,